



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXII. Dieterich und Bernhard von der Schulenburg verkaufen an Vicke Bodo in Salzwedel eine Wiese bei Kriecheldorf, am 12. Mai 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

et confwetus. Datum Jericho, Anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o. feria III^a. post diem beati Jacobi apostoli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. LVIII. — In Ludewig Reliqu. VII, 49 fehlerhaft mit der Jahreszahl 1336.

CXI. Herzog Otto von Braunschweig vereignet dem Altar Simonis und Judä in der Catharinenkirche zu Salzwedel Gebungen aus Puffenz, am 21. September 1337.

Dei gracia Otto, Dux in Brunswich, omnibus in perpetuum. Ne decursus temporis ea que in ipso aguntur obliuioni tradat, veneranda adinuenit antiquitas ipsa in scripta redigi autentica et eorum testimonio perhennari. Ideo ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod Hermannus et Harnidus, fratres, dicti Puzladeker, Gertrudis soror eorundem nec non Henricus de Kemnitz pensionem vnus marce argenti Stendaligenis dandam et soluendam annis singulis in quolibet die beati Martini Episcopi de quatuor mansis sitis in campis ville Puttentze nobis ad manus altaris beatorum apostolorum Symonis et Jude, siti in ecclesia beate Catharine noue ciuitatis Soltwedel libere et voluntarie resignarunt cum instantia supplicantes, vt iam dictam pensionem altari predicto appropriare dignaremur et vnire. Nos igitur habentes proprietatem predictę pensionis in manibus nostris eandem pensionem cum omni iure vtilitate et proprietate ad petitiones predictorum et in honorem omnipotentis dei et gloriose matris eius Marie virginis et apostolorum predictorum ob remediumque anime nostre et animarum parentum nostrorum predicto altari appropriamus presentibus et vnimus, renunciantes pro nobis et successoribus nostris omni iuri, quod nobis in predicta pensione competiuit seu competere posset aliquo modo in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes etiam huius rei sunt strenui viri Gunceelinus de Berthensleue senior, Johannes de Ampeleue, Conradus de Rostorp, Ludegerus, dapifer, milites fideles nostri, nec non Johannes de Brunswich, Johannes de Rekelinghe, Nicolaus dictus Verwere, opidani nostri noue ciuitatis Soltwedel predictę, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXVII., in die beati Mathei apostoli et euangeliste.

Gercken's Fragm. III, 145, 146.

CXII. Dieterich und Bernhard von der Schulenburg verkaufen an Vicke Bodo in Salzwedel eine Wiese bei Kriecheldorf, am 12. Mai 1339.

Nos Tidericus et Bernardus, fratres milites, dicti de schulenborch in hijs scriptis profitemur, Quod nos et nostri veri heredes vendidimus et vendimus per presentes discreto viro vickoni Bodonis, cui antique ciuitatis Soltwedel, et suis veris heredibus quoddam pratum, quondam pertinens ad curiam philippi de krichelendorpe defuncti, quod quidem pratum

iacet in angulo iuxta gyfnam et fluam circa dictam villam krichelendorpe, hereditarie in pace possidendum et optinendum pro VI marcis stendalensis argenti nobis libratis et plene perfolutis. Idem autem vicko et sui heredes possunt eciam memoratum pratum vendere, vbi et cui eorum vtilitati et voluntati videbitur expedire. Super hiis dedimus literam presentem sigillis nostrum amborum scilicet Tiderici et Bernardi firmiter roboratam. Datum anno domini M^o CCC^o XXXIX^o, feria quarta ante festum penthecostes.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 37, No. 9.

CXIII. Die von der Schulenburg versprechen dem heil. Geist-Kloster in Salzwedel den ihm überlassenen Theil der Fischerei in der Seeze bis zur Erwerbung des Eigenthums in ihrem Schutze zu halten, am 26. März 1341.

In nomine domini Amen. Nos bernardus miles, Wernerus et henningnus, filii dicti bernardi, necnon Wernerus et henricus, filii Thyderici militis bone memorie, - famuli, dicti de Sculenborch, in hiis scriptis recognoscimus publice protestantes, Quod piscaturam a loco dicto stenwere iuxta villam Crichlendorpe vsque ad molendinum perwer Religiosis viris domino Laurentio preposito, Thyderico priori Totique Conuentui Monasterii Sancti Spiritus, siti prope Saltwedel, per nos rite et racionabiliter venditam, cuius piscature iidem religiosi viri antea quartam partem et nos tres partes habuimus, necnon vltra a molendino perwer piscaturam eiusdem fluuii descendendo vsque ad locum, vbi idem fluuius gifne diuiditur in duos meatus, sic deinceps per fluuium versus Austrum vel ad sinistram manum protensum vsque ad muros iuxta nouam valuam ciuitatis Soltwedel, tunc a noua valua per proximum fluuium eiusdem Ciuitatis Saltwedel vsque valuam buchorninge, Inde per fluuium circumeuntem castrum Soltwedel circulariter vsque ad rotas molendini siti in Ciuitate Soltwedel ante castrum memoratum, videlicet mediam partem ab illo loco, vbi fluuius supra diuisus assignabatur, nos hereditarie tangentem, in bono ad quamlibet vtilitatem et vsufructum conseruare debemus, donec proprietatem eiusdem piscature cum nostro auxilio, si requisiti fuerimus, valeant adipisci. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XLI^o. in crastino Annunciacionis beate Marie Virginis Gloriose.

Nach dem Originale des K. Hausarchives.

CXIV. Papst Clemens VI. bestätigt dem heil. Geist-Kloster zu Salzwedel das ihr von der Herzogin Agnes beigelegte Patronat der Katharinenkirche und des Mathäi-Altars, am 25. Juni 1343.

Clemens, Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Preposito et Conuentui monasterii Sancti Spiritus iuxta muros Soltwedel per Prepositum Soliti gubernari, Ordinis Sancti Augustini, Verdenfis dioceseos, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod ju-

Hauptst. I. Bd. XIV.